

V, 82.

2.417a



CVRIAM
REGNITIANAM
NON. NVLLO. IVRE
HERMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT. XXIII

VT
PIIS. MANIBVS
SERENISSIMI. QVONDAM. PRINCIPIS. AC. DOMINI
DOMINI

FRIDERICI

PATRIS. PATRIAE. CLEMENTISSIMI
RITE. PARENTET

ET. SIMVL

DEMIGRATIONEM. VII. CIVIVM

EX. ILLVSTRI. CVRIANO

D. XVIII. MAII. A. R. S. CIOCCCLXIII. H. C

Q. D. B. V

PARTIM. FACTAM. FACIVNDAM. PARTIM
EDICAT

PRAESENTIBVS. VTRIVS. Q. REI. PVBLICAE. CVRIENSIVM

PROCERIBVS. CIVIBVS

ADPLAVDENDI. CAUSA

QVO. FAS. EST. CVLTV

ISTIVS. RECTOR

PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS

CAESAREAE. FRANCISCAE. LIBERALIVM. ARTIVM. ACADEMIAE. CONSILIAR

FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. SOC. IENENS. LATIN. ET. ALTDORF

TEVTON. SOC. HONORARIVS

CVRIAE. REGNITIANAE

LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII

GYMN. TYP

Intersectio II.

QVI HERMVNDVRORVM TERRAE FINES CIVILES?

Particula VI.

Index dictorum.

§. XVIII. Ab CHERVSCIS? §. XX. Ab CHATTIS?

§. XVIII.

HERMVNDVROS vsque coluisse volunt 1.) inter prisicos Germanorum virtute bellica Romanis ad modum nobilitati ΧΗΡΟΥΣΚΟΙ, 2.) ΧΕΡΟΥΣΚΟΙ, 3.) ΧΑΙΡΟΥΣΚΟΙ, 4.) CHERVSCI. 5.) Distant hi a se in vicem parum. H videtur esse duplex E, 6.) quod, si in Latium transit, subinde per E exprimitur. 7.) Adfinne 8.) est AI, quod Latinorum recentiores AE scribunt pro prisico-

1.) Heineccius de Antiq. Goslar. Stat. §. VIII. p. 8. et Cl. Steffensius in Hist. Prisc. Incol. Teuton. Cl. III. p. 109.

2.) Strabonis Γεωγραφ. Lib. VII. p. 446. seqq.

3.) Dionis Cassii Ρωμαικ. Ιστορ. Lib. LIII. LV. LVI.

4.) Ptolemaei Γεωγραφ. ΓΦη. γησ. Lib. II. Cap. XI.

5.) Caesaris de Bell. Gall. Lib. VI. Cap. X. n. 5. Plinii Hist. Nat. Lib. III. Cap. XLIII. Velleii Hist. Roman. Lib. II. Cap. CV. n. 1. Flori Epit. Rer. Roman. Lib. III. Cap. XII. n. 24. et 25. Taciti Annal. Lib. I. Cap. LVI. n. 7. Cap. LVIII. n. 2. Lib. II. Cap. VIII. n. 1. Cap. XVII. n. 1. et 4. Cap. XXVI. n. 5. Cap. XXXI. n. 2. Cap. XXXVIII. n. 2. Lib. XI. Cap. XVI. n. 1. Cap. XII. Cap. XXVIII. n. 2. Lib. XIII. Cap. LV. n. 2. Cap. LVI. n. 5. de Sit.

Mor. et Pop. Germ. Cap. XXXVI. n. 3. Liuji Epitom. Lib. CXXXVIII. Claudiani de III. Consul. Honor. vs. 452. de Bell. Get. vs. 420. Nazarii Paneg. Constantino dicto Cap. XVIII. n. 1. Orosii Hist. Lib. VI. Cap. XX.

6.) Quam in rem iuuabit consuluise Vossum de Art. Grammat. Lib. I. Cap. XIII. Westlenium pro Gr. et gen. Ling. Gr. Pronunciat. Or. III. Kirchmaieros de German. Pronuntiat. Gr. L. Prop. V. Schusterum de Ling. III. Cardin. Cap. II. Sect. III. § III. N. II. et III. p. 35. seq.

7.) Quod exemplis patet, quae iidem Kirchmaieri adulerunt Schol. II. ad illam V. Prop.

8.) Quod docent exempla ab Westlenio Or. VIII. p. 202. seqq. et Kirchmaieris Prop. VIII. congesta.

rum *Al.* 9.) Vnius 10.) CERISSI neminem morabuntur, si quidem *H* vocibus firmandis roborandisque 11.) tantum adderet verteres. 12.) Sed et *V* multorum in ore *I.* 13.) CHERVSCORVM terra adpellatur ΧΕΡΟΥΣΚΙΣ 14.) et ΧΕΡΚΟΥΣΙΑ, 15.) Vnde autem hoc nomen? Est, qui existimat, 16.) vt *Narisci*, *Teorisci*, *Thearisci*, *Taurisci*, ita *Cheriscos* rectius dicendos, vnde patria lingua *Cherischen* siue *Cheriker* fuissent dicti. Sane visum fuit 17.) CHERVSCI nominis extremum natum esse ex Gothorum *isk* et Anglosaxonum *isc*, quorum vtrumque Francis Alamannisque haud insolens, atque *ortum* indicare. Vnde vero nomen ortum suum trahat, non heri aut nudius tertius fuit quaesitum. Fuit, 18.) qui id se nescire fasus est ingenue. Eo plures sunt, quibus persuasissimum est, inuenisse, quod quaesiverunt, in isto montium iugo, quod ex prisca aeui *Hercynia* 19.) adhuc *Harz* 20.) adpellatur. Inde enim, si diis placet, *Haertischen*, *Haertzischen*, 21.) *Haertzischen*, 22.) *Herzischen*, 23.) *Harzischen* 24.) et geminata aspiratione

H h 2

ne

9.) Eius causa consulas istum Vossium Lib. II. Cap. IIII, itemque Wetstenium Or. VIII, et Schusterum §. III, p. 37. seq.

10.) Aethici ab Gronotio Melae subiuncti p. 710. Ii autem prae reliquis arriserunt Cluuerio in Antiq. German Lib. III. Cap. XVIII, vt id maxime genuinum gentis vocabulum esse putaret.

11.) Vt pronunciauit Anlus meus Lib. II. Cap. III, n. 1. Noctium Atticarum.

12.) Cuius exempla congesit observatione 27. ad §. IIII. Lib. I. Cap. I. Sect. I. Hermundurorum Notitiae.

13.) Quale iam protuli supra Cap. II. Sect. II. Interf. II. Part. III. §. VI.

14.) Dioni Caspio Lib. LIII, LV, LVI,

15.) Eidem Lib. LV.

16.) Cluuerius in German. Antiq. Lib. III, Cap. XVIII, secus sentiente Spenero in Notit. German. Antiq. Lib. III, Cap. III, §. LIII, nota (y) p. 290.

17.) Wachtero Gl. German. Prolegom. Sect. VI. sub ISCH.

18.) Cum Cluuerio isto.

19.) De qua fati in huius Capituli III, Sect. I. Interf. I. Part. I. §. V. et Part. II. §. VI.

20.) De qua voce succenturiatur in ipsa mea Notitia Hermundurorum ad locum priorem modo inficitum, quae tum ex chartae angustia erant seponenda.

21.) Quos peperit Spenerus in Notit. Germ. Antiq. Lib. III, Cap. III, §. III, p. 288. et nota (y) p. 290.

22.) Quos enisi sunt Crusius in

ne 25.) siue praemisso C 26.) Chertzſchen 27.) siue Cherziſchen 28.) fere vt *Chari* ab HATTIS. 29.) Nomen autem flumi a montibus qui nacti sunt, populos in istis Teutonibus vix reperieris, quibus ab aliis separabantur. 30.) Cum enim aquarum adfluxus varia viuendi commoda suggerunt, quibus carent ab iis remoti; primi mortalium in ista soli amplitudine potissimum ad flumina figebant fedes suas, ex quibus iis post ea adhaesit nomen. 31.) Hinc *Ambrones* ab *Ambro*, *Ambra*, *Ammer*, *Emmer*, *Embrun*: 32.) *Ausbarii*, *Ausuarii* siue

Annal. Suen. Part. I. Lib. I. Cap III. N. 12; Alringius Tab. Geogr. Infer. German. et suscepit Dithmarus ad Tac. German. Cap XXXVI. not. 2. post Spenerum ante nominatum, quibus suffragatur Nona Europ. Geograph. Itiner. German. Lib. VIII. Cap. III. §. I. p. 107. in nota.

23) Qui sunt partus Carionis in Chr. Lib. III. p. 116. ibique Melanthoni Latini p. 222. quo loco illud pro expresso *Nerbische* legendum esse manifestat Germanicum fol. 260. et quartae formae p. 6. aequae ac Penceri continuantis Chronicon Carionis Lib. III. Latinum p. 458. Teutonicum prius p. 454. posterius p. 14. b. quae mea sunt, item Reineccii de Misen. Orig. p. 27. Buntingii a Meibomio emendati Chron. Brunsuic. Part. I. p. 6. non reprobati ab Hamelmanno de Pop. olim in Westphalia habitantibus §. 65.

24.) Quod Heineccius de Antiquis. Region. Goslar. ambientis Statu Cap. I. §. VII. Melanthoni paullo ante excitato tulit acceptum. Abelius in Antiq. Teuton. Cap. II. §. II. N. 16. in medio relinquit,

25.) Quae visa fuit Spenero et Dithmaro numero 22. prouocatis. 26.) Vt recte vidit Reineccius de Misen. Orig. p. 27. 27.) Speneri. 28.) Dithmari. 29.) De quibus §. XX.

30.) Si fidem habeas Cornelio Cap. I. Germaniae suae, quam habebis, si in memoriam reuocæs Capite hoc Sect. I. Int. I. Part. I. §. I. a me prolata.

31.) Quale iam obuenerit Neuwaldo de Antiquit. Westphal. Colon. Cap. X. p. 50. seq. Iunkero in Geograph. Med. Aeu. Part. II. Cap. I. §. III. p. 94. seq. Wulfemanno de Hermundur. et Thuring. sec. Ptolem. §. XXI. Wachtero Glosar. German. Tom. II. p. 1866. Doctiss. Steffenio in Hist. Antiq. Incol. Teuton. Cl. II. p. 93. seq. nisi adquiescant in Nariscae meae §. VIII.

32.) Ex indicio Monument. Paderbornens. p. 181. Hertii in Notit. Vet. German. Pop. Part. II. Cap. II. §. II. Iunkeri p. 84. Speneri Lib. III. Cap. III. §. XXXVIII. nota (q) p. 280. Dithmari ad Tacit. German.

siue *Ansuarii* item *Ansiarii* ab *Amisa*, *Amiso*, *Amasia*, *Amaso*, *Amaso*, *Amasi*, *Amisi*, *Anuso*, *Emis*: 33.) *Angriuarii* siue *Angarii* ab *Angero* fluuio *Bergensi*: 34.) *Chasuarii* siue *Chattuarii* ab *Hassa*: 35.) *Danduti*, siue *Dunduti* ab *Vnstruta*, *Dunstruta*: 36.) *Elisii* ab *Elfa*, *Olfa*, *Olfo*: 37.) *Fosi* ab *Fusa* *Fusoue*: 38.) *Lenouii* ab *Lobo*, *Leua*, *Lebe*: 39.) *Morau*, *Marau*, *Maharenfes* ab *Maro*, *March*: 40.) *Naharuali* ab *Narua*: 41.) *Narisci* ab *Nabo*, *Nauo*, *Nabi*: 42.) *Nerrereanes* ab *Nicro*, *Neker*: 43.) *Rugii* ab *Rega*: 44.)
H h 3 *Salii*

Cap. XXXIII. nota 2. Cl. Steffensii
Cl. III. p. 221. seq.

33.) Vt est in Monumentis istis
Paderbornensibus p. 48. Hertii
Notit. Vet. German. Pop. Part. II.
Cap. II. §. V. Iunkerii Geographia
p. 81. Wachteri Glosar. German.
Tom II, p. 1866. Hic tamen haer-
sitat Spenerus §. XXXVllll. p. 281.

34.) Ex coniectura Fustlenberge-
ri in Monument. Paderborn p. 133.
et Hertii in Notit. Vet. Germ. Pop.
Part. II. Cap. II. §. III.

35.) Quod docui obseruatione 12.
ad §. III. Sect. I. Cap. I. Lib. I. Her-
mundurorum Notitiae.

36.) Coius causa euoluas Notit.
Herm. Lib. I. Cap. I. Sect. I. §. III.

37.) Id vero supra §. XV. ex-
ponet.

38.) Hoc Leibnitius et Dithmar-
rus ad Tacit. German. Cap XXXVI.
n. 4. Hertius §. XVI. Iunkerus p. 91.
Abelius in Antiq. Teuton. Cap. II.
§. II p. 177. N. 17. Steffensius
Cl. II. p. 94. Wustemannus de Her-
mundur. et Thuring. sec. Ptole-
maeum §. XXI. extr. Conferas
Schwarzium in Supplement. ad
Cellar. Geograph. Antiq. Tom. I.

praefixis Tom. II. p. 7. Spenerus
in Notit. German. Antiq. Lib. III.
Cap. V. §. XVIII. p. 371. seq. neque
demit neque addit fidem.

39.) Ita opinantibus Brechenma-
chero in Notit. Sueu. Antiq. §. XX.
in III. Wegelini Thes. Rer. Sueu.
Tom. I. p. 87. Hertio §. XXI. et
Iunkero p. 102. quem secutus fue-
rit Cl. Steffensius Cl. I. p. 30. quod
et obseruauit Dithmarus ad Tacit.
German. Cap. XXXIII. nota 14.

40.) Quam in rem plus satis
scripsi obseruatione 18. in Notit.
Hermundur. Lib. I. Cap. I. Sect. II.
§. II.

41.) Cui adposuit iam dudum
Crusius in Annal. Sueu. Part. I.
Lib. I. Cap. III. N. 36. p. 14. et nu-
per Eccardus de Orig. German.
Lib. I. §. XXXVIII. p. 98.

42.) Quod in Nariscia mea §. VIII.
ostendi.

43.) Hoc vero in obseruatione 13.
ad Notit. Hermundur. Lib. I. Cap. I.
Sect. I. §. III.

44.) Monstrante Schwarzio Hist.
Fin. Principat. Rug. Aetat. I. Priod. I.
§. Xlll. sub (h) p. 62.

Salii ab *Ifala*: 45.) *Sigambri*, *Sicambri*, *Sugambri* ab *Sego* siue *Sigen*: 46.) *Sueui* ab *Sueuo*: 47.) *Suiones* vel *Sueones* ab illo Viadri ostio *Schwene*, *Schwine*, *Swene*, *Swine*: 48.) *Varini*, *Varni*, *Warini* ab *Varne* siue *Warne*: 49.) *Werini* ab *Werra*, prisca *Wirraha*: 50.) *Vsippi* *Vsippietiae* ab *Vsa*; *Vs.* 51.) Quid si et iam eadem **CHERVSCORVM** conditio? Et iam fuit, qui a *Werra* fluuio *Weserae* nomine in oceanum Germanicum erumpente 52.) petitos voluit 53.) quasi *Werrische*, 54.) quorum loco Romani Teutonum *W* 55.) abhorrentes *Guerische*, 56.) vnde *Gerufci*, 57.) qui parum

a

45.) Vt adparebit infra Sect. II, Int. I, Part. I, N. I. §. VI.

46.) Hoc autem olim in Notit. Hermundur. Lib. I, Cap. II, Sect. I, §. IIII. obseruatione 39.

47.) Hoc paucioribus supra Cap. I, Sect. II, Int. I, Part. II §. I. pluribus autem, si summum Numen adnuerit, in Notitia Hermundurorum Lib. I, Cap. II, Sect. I, Intersect. II, §. I.

48.) Quod inquirendum, quibus otium est, reliquit Kirchmaierus in Tacit. German. Cap. XXXXIII. pr.

49.) Vt existimant Hertius §. XXXVIII. Cluuerius in German. Antiq. Lib. III, Cap. XXVII. Hofmannus in Regentensaal p. 741. producti a Perillust. Westphalio de Consuetudine ex Sacco et Libro §. LII. nota p. 443. et §. LIIII. p. 442. Reinhardus in Antiq. Marchionat. et Landgr. Thuring §. I.

50.) Vt Reinhardus in Antiq. Marchionat. et Landgrau. Thuring §. I.

51.) Coniectore Hertio in Notit.

Vet. German. Pop. Part. II, Cap. II, §. XXXVII.

52.) Quem nemo melius cognouerit, quam qui vestigia Schneideri in Saxonia Veteri presserit, item Drumelii in Lex. Hydrograph. German. p. 626. seqq. et 631. seqq.

53.) Iste Leibnitius ad Tacit. Germ. Cap. XXXVI. pr. cui Spenerus et Dithmarus suffragare noluerunt, Abelius autem in Antiq. Teuton. Cap. II, §. II. N. 16. p. 176. nec subscribere neque in alia omnia discedere.

54.) Quos exhibuerunt Spenerus et Dithmarus, aequae ac Abelius in Antiq. Teuton. Cap. II, §. II. N. 16. p. 176. qui nihil definit.

55.) Vnde et adhuc quibusdam nostratium *Guolfgangus* pro *Wolfgangus*, *Guilelmus* pro *Wilhelmo*. Hinc Francorum occidentalium *Guerra* vel *Wehr*, ceu obseruatum iam Bocharto in Orig. Gallic. p. 19. et Cluuerio in German. Antiq. Lib. I, Cap. VIII.

56.) Qui ab ipso eorum parente Leibnitio,

a CHERVSCIS diuertunt. Et profecto *Vifurgis*, quod est priscum illius fluminis nomen, 58.) adluebat CHERVSCOS. 59.) Verum enim vero, cur a communi pluribus populis fluuiio soli sint CHERVSCI compellati, non satis dispicit non nemo. 60.) Anquirens igitur fluuium, qui pluribus populis non communis, delatus sui ad *Geram* Thuringiae flumen non ignobile infra Erfurtum in Vnstrutam effluens. 61.) Hic iam adparuerunt 62.) CHERVSCI, qui potius *Gerbusi*, quasi ad *Geram* incolentes. Videtur autem mihi ad formam *Erfuscorum* deformatos fuisse Romanis, quibus *Husen* vel *Hausen* inuifitatum, *Cherufcos*. Ni ita, potius *Gerischen*. 63.) Nec est, quod *Ch* et *G* a se in vicem differre dicas, quot enim circa te ista pene quotidie confunduntur? 64.) Immo si *Hiera* 65.) priscum fluuii nomen, ut visum fuit quibusdam, 66.) vnde Erfurtum *Hierae* vadum 67.) et eius academia *Hierana*; 68.) idem fere contigerit,

57.) Leibnitiani.

58.) Quod iam alii docuerunt, quos inter Cluverius in German. Antiq. Lib. III. Cap. XXXVIII. Cellarius in Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. §. XV. Iunkerus in Geogr. Med. Aeu. Part. II. Cap. II. p. 140.

59.) Indicibus Tacito Annal. Lib. II. Cap. VIII.

60.) Spenerus aliquoties laudatus.

61.) Quae pluribus laudatus Drummelius in Lex. Hydrograph. Germ. p. 195. seq. exposuit.

62.) Zinkio de Eloquent. §. XVIII. in nota ††).

63.) Vt iam hariolatus est Dankwerthus in Descr. Slesuic. et Holfat. in medium ducta ab Laurentio in Origin. Doring. f. Monum. Sueu. in Doring. Part. Gen. Cap. I. p. 2.

64.) Qualia iam obuenerunt in Anal. Brandenb. Part. III. Cap. II. p. 408,

Part. VII. Cap. II. sub *Eppenreut* §. X. Obseru. 33. p. 238. Part. X. Cap. II. Sect. VI. p. 166.

65.) Cuius iam Cap. II. Sect. I. Int. II. §. I. feci mentionem.

66.) P. kensteinio in Theatr. Saxon. Part. III. N. XXXVII. p. 183. Meriano Topograph. Super. Saxon. p. 75. Sauro Libr. Vrb. p. 463. Tromsdorfio Geograph. Vet. et Nou. Cap. VIII. p. 513. Koerbero in Vogtlandia Part. I. §. I. p. 3. Weisio in Antiq. Misa. Saxon. Singul. Cap. III. p. 18. et 19. Auctori Florent. Thuring. Cap. I. Num. I. §. III. p. 21.

67.) Ex sententia Thuring. Florent. Cap. I. N. I. §. III. p. 21. atque Meriani sub numero 61. excitatorum. Conferatur Pekensteinius modo excitatus.

68.) Koerbero teste obseruatione 61. citato p. 4.

tigerit, quod de praeposito *C* paullo ante 69.) obseruauimus. Hos natales CHERVSCIS non iudicabit indignos, qui deprehenderit, quosdam 70.) vel inde *Germanorum* petere nomen. Neque tamen haec mea CHERVSCORVM incunabula toto caelo, quod aiunt, distant ab iis, quae plerique omnes collocant, 71.) Collocant autem circa Hercyniam siluam nostris Harz non exclusa Thuringia 72.) haud procul Sala, quam influit Onstrudis Vnstrudisue, vulgo Vnstrutus, Vnstruta, 73.) qua cum commiscet Gera aquam suam. 74.)

§. XX.

69.) Ante numerum 29.

70.) Zinkium obseruatione 62. nominatum aequae ac Bruknerum eius rei causa summis laudibus usque ad caelum elatum ab Iunkerio in Geogr. Med. Aeu. Part. II, Cap. I. §. III, p. 95. seq.

71.) Melanthon in Vocabulis Regionum et Gentium, quae recensentur in Taciti Germania, in Schardiana Collect. Rer. German. Tom. I. p. 195. item in Carionis Chron. Lib. III, Lat. p. 223. German. fol. 260. et quartae formae p. 7. a, et a Peucero continuato Lib. III, Lat. p. 458. German. fol. p. 454. atque quartae formae p. 15. b. Dilichius in Chron. Hasl. p. 13. Reineccius de Misen. Orig. p. 26. Buntingius in Chron. Brunsvic. p. 6. Iunkerus in Geograph. Med. Aeu. Part. II, Cap. I. §. III, p. 89. Heineccius de Antiq. Reg. Goslar. amb. Stat. Cap. I. §. VII, seqq. Abelius in Antiquit. Teuton. Cap. II, §. II, N. 16. p. 176. Pregizerus in Gent. et Regnor. Europ. ex Sueu. Contin. §. III, in Wegelini V.

III. Thes. Rer. Suevic. Vol. I, p. 258. Gen. de Grasshof de Orig. et Antiq. Muhlhus. Thuring. Cap. I. §. I, p. 1. Hinc Mycillo et Grotinitio *Harzlaender* nunc *Harzwaelder* adpellantur in locis obseruatione §. monstratis Cornelianis.

72.) Vt censuit Kirchmaierus ad Tac. German. Cap. XXXVI, pr. cui praeiuerint Melanthon in Vocabulis antea laudatis et Birkeimerus in German. Explicat. in eodem fasciculo Schardiano p. 208. Althamerus, Willichius et Leibnitius, aequae ac Beutherus filius ad patris Comment. in Tacit. Germ. Cap. XXXVI, pr. Adde Olearium in Rer. Thuring. Syntagm. p. 179. et 193. Sagittarium in Regn. Thuring. Lib. I, Cap. VII, §. XXI, Perillusfr. de Iusti de Rom. Exped. in Germ. §. XXXIII, Cl. Zeibichium de Visio Drusi Germanici propter Albim Comment. p. V.

73.) Quam accoluisse vel Abelius scribit.

74.) Vt adparet ex adlatis ante numerum 61.

§. XX.

Ipsos vero istos CHERVSCOS cum HERMVNDVRIS existimauerunt 1.) commutandos esse in istis Cornelianis 2.) adfirmantibus inter hos CHATTOSque fuisse quondam certatum magno proelio, dum flumen gignendo sale fecundum et conterminum vi irabebant, CHATTIS enim non HERMVNDVROS sed CHERVSCOS interiectos esse, 3.) et HERMVNDVRORVM terminos vltra Salam esse fixos, CHATTORVM vero fines ad hoc flumen vsque se se non extendisse, sed Thuringiae partem meridionalem tantum incoluisse, ex quo satis constare, nec CHATTIS nec HERMVNDVRIS vllum flumen gignendo sale fecundum olim conterminum fuisse. At haec dubia non ita comparata videntur Viro, qui egregius huius generis speciminibus editis saluam plurium mouit, 4.) vt lectionem Taciti viris eruditissimis artisque criticae peritissimis diu probatam optimisque codicibus manu scriptis conuenientem dubiam reddere, et vicinitatem HERMVNDVRORVM cum CHATTIS villo modo turbare possint, licet ceterum facile concesserit, quod Sala Saxonicus has gentes olim minime separauerit, nec conterminus fuerit, cum viri rerum patriae et antiquitatis maxime gnari HERMVNDVROS et vltra Salam occidentem versus quamdam Thuringiae partem atque in primis vicinos Mansfeldensium agros sibi vindicasse crediderint, et insuper satis docte demonstrauerint, quod Tacitus, dum belli CHATTOS inter et HERMVNDVROS de Salinis orti meminit, sub flumine gignendo sale fecundo Thuringorum Salam sale plane carentem minime intellexerit. 5.) Ma-

I i

neant

1.) Quorum antesignanus Melanthon in Carionis Chron. Lib. III. Latin. p. 223. German fol 261. et quartae formae p. 8. b. quem secutus est prae ceteris Io. Hofmannus Rector scholae, quoad vixit, Francohusanae in Encomiastic. Francohusae MDCLXXXIII. edito et in Comment. de Antiqua Francorum Domo et Turri MDCCVIII. edito.

2.) Annal. Lib. XIII. Cap. LVII. §. 7.

3.) Eiusdem argumenti sunt licet in contrariam partem Abelii in Antiq. Teuton. Cap. II. §. XXIII. p. 429.

4.) Consultissimus Io. Frid. Muldener de Cattenburgo Castro quondam a Cattis haud procul a Salinis Francufanis exstructo §. III.

5.) Ea vero tanti momenti, vt de iis peculiaris et longa instituat disputatione, quae iam exarata desti-

neant igitur CHATTI HERMVNDVRIS finitimi, 6.) Vnde nomen, alio loco 7.) inuestigavi, vt et alio, 8.) cos hodie dici HAS-SOS siue HESSOS.

* * *

Ab Sala vero regresfis eius fontes versus praetexitur nostra Curia inque eius plaga occidentali ludus literarius optimorum quorumque ingeniorum supra bina secula solum fertilissimum. En prolem non degenerem!

CHRISTOPHORVM ERNESTVM NEGELEIN in hanc lucem editum Lichtenbergae mortuo Patri Consultissimo Ioanni Friderico Francisco Carolo, quoad vixit, a Serenissimo Principe Brandenburgicoculmbacensi moribus ciuium regundis Censori ex Matre gentis in exquirenda intus tellure cum impigerrimae tum beatae Loewelianae. Eum frater natu maior vnicus Georgius Fridericus iam Consultissimus tum decennis disciplinae nostrae alumnus in eandem tradebat ipsis Nonis Martiis anni MDCCCLIII, in qua perseverauit consimilis moribus modestis ad a. d. V. Calendas Decembres MDCCCLXII, quos nobis praefertim probauit, ex quo superius auditorium intrauit, hoc est, anno MDCCCLX. Nam hoc non dum circumacto in die Martino inscripta *Iudaismum falsitatis redarguebat* vernacula, in die Fridericis Domui Brandenburgicae auspica-tissimis sacro anni superioris *providentiam in probos principes diuinam docebat* Latina, nuper vltimum *bonarum artium faris ex bello propositis praesagebat meliora metallicis* eadem, vt antea, pedestri tantum coram gymnasii praeceptoribus ciuibus-que, cum priora simul coram vrbs proceribus, arcesitus ab auunculo V. Nobilissimo Ernesto Abraham Loewelio ea tenus per tractum Neulinensem Principis mandata rei metallicaee exfe-

nataque sequentis Sectionis II, Inter-sectionis I, Parti II,

6.) Id quod docebo multis argu-mentis Numero II, illius Partis,

7.) In vberiori Notit, Hermun-

durorum Lib. I, Cap. I, Sect. II, §. II, commentatione 7.

8.) §. XXII, loci paullo ante numero 6, indicati,

exsequente indefesse; Wurzbacum Ruthenorum migraturo, quo sibi in exercendis ferrariis varii generis recens comparatis adfit et iuaret.

GEORGIVM FRIDERICVM AVGVSTVM WIRTH, quem Vir Praenobilissimus Nicolaus Christianus Wirth Romanorum Imperatori, Sarmatarum Regi Principique Barutino hic locorum a camerae mandatis, supremus portiorum Inspector et publicorum cursorum Magister post tres per me diuersis temporibus ante in athenaeum mihi regundum commissum introductos filios hunc natu minimum sibi que in deliciis habitum, nec immerito, scholis ex earum lustratione denuo referatis a. d. III. Nonas Februarias anni MDCCCLII. ea lege tradebat, vt militis ad instar ab vltimo loco per togatae militiae ordines singulos suo quasi iure promoueretur, secus ac caeco in se suosque amore abreptis gratum, qui rectorem vel vt dicta die accusant, adsignasse suis locum ordinemue inferiorem ingenio ex labe tamen humana ad praua pronissimo studiorumque profectibus exiguis aut plane nullis. Aequè minus festinauit puerum in literis assiduum Pater, quem mire iuabat, vt vigerent hic studia proferrentque se ingenia. Neque eo a. d. XVI. Cal. Octobres MDCCCLV. pie defuncto ambiuit adolescens, vt fit, quo iusto citius in altiore ordinem eueheretur. Dignus ergo, quem adamaret Mater ex praematura suorum morte valde contristata et ipsi intempestiuus a. d. XVII. Calendas Februarias anno MDCCCLVII. erepta. Sui semper similis adplaudentibus, qui eum domi penitusque perspicerent, decedere iustus est in primum ordinem publico habito examine anno MDCCCLX. quo vergente, vt Martini memoriam recoleret, a *veri Dei cultu alienos* praebuit, et insequenti natalem Serenissimae Principis SOPHIAE CAROLINAE MARIAE iam viduae moestissimae vt ageret, *belli tum flagrantissimi, cuius pleraeque principes feminae ex Germania nostra inde afflictissimae oriundae participes, proxime iri compositum, praesentiebat*, vt euenit X. et XV. diebus Februarii nuperi vel posteris orbe Christiano pacato memorabilibus, iam Galliae, antea Latii pariter ac vltimum, quo expendebat *arduum rei*

curforiae magistri munus, quam Diuus Princeps ei Fratrique natu maiori Nobilissimo paullo ante mandauerat, vt eius tirocinium prius poneret, quam ad Iuris Antecessores proficisceretur, cuius copiam ei simul cum Negelino fecimus.

IOANNEM WOLFGANGVM BARNIKEL fratrum medium ex Matre gentis Weisfianae de re sacra et scholastica Curiae inno et academia Altdorfina innumeris meritis insignis natum Ioanni Adamo Barnikel tum Selbitii Diacono, iam Curiae nostrae Archidiacono Viro Plurimum Reuerendo, nuperrime Schwarzenbacum prope Salam honestissime praeter suam opinionem euocato, vt ex proximo anno eius ecclesiae Pastoris munus amplissimum obeat, quod Deus, cui se plane deuouit, bene vertat. Eius vestigia in Curiano non dum oblitterata prescit filius liberalis indolis ferme per nouem annos alacer a classe eius quarta ad primam vsque, in qua integrum triennium multa sudauit ad doctores suos modestissime adtentus, quibus et commilitonibus a. d. X. Calendas Apriles exposuit, *quae in recens icta pace acciderunt miranda Dei gesta*, ab Amplissimo vrbs nostrae Senatu stipendio Mordeisiano et Hahniano Lipsiensium Theologorum ordini Magnifico praestando et Amthoriana mensa ex singulari fauore eius Collatorum beneficentia Excellentissimorum confirmatus, vt, quod cucurrit cum plausu Parens, stadium iniret sapienti facundia ad istud exemplar praeclarum ex pectore misurus vocem. Decesit a. d. V. Calendas Maias cum Wirthio suo, quorum vterque et ante pro rostris scholasticis bene steterat modo *naturahisum verum quidem sed homini, qui nunc est, ad salutem aeternam perducendo insufficientem modo diuinum in discordi rerum concordia monstrans* ore Latino cuncta,

IOANNEM GABRIELEM THEOPHILVM DOPPELMAIR, qui Patrem Ioannem Sigismundum per paucos annos Medicinae Doctorem apud nos promptissimum in ipso aetatis flore prius, quam eius annum vndequadagesimum expleret, militum numero bello hic relictorum aegros curando succubuisse a. d. V. Nonas Maias *MDCCCLVIII* natu quidem maior dolet, immo eo magis doluit, Nam in officinam, quam is possedit, medicamentorum


mentororum componendorum per illam tempestatem solito frequentiore saepissime et diutius fuit abstractus, quando Mineruae videretur litare, cui nomen dedit pridie Nonas Februarias anno cxiocclv. ciuibus tertii ordinis adscriptus. Iacturam, si iactura dicenda est praecipere rationem medicamentorum vtilium compositionis medico ad modum scitu necessariae, compenfauit ingenium viuacissimum ab auo Ioanne Gabriele Norimbergensium Mathematicorum quondam Celeberrimo per filium eo nihil cedentem in nepotem hunc propagatum. Loquebatur hoc in Martinalibus anni cxiocclx, quo astiora tractare incipiebat, carmen Teutonicum *de religione Christiana et vera et sufficiente*, in Fridericianis anni superioris oratio Graeca *de sanctitate aliqua principum*, cum maxime Latina inquisitione, cur *Germaniae Ianus non diu clausus breui subinde denuo reſeratur*. Scholastica lege tria haec loquantur, quantos progresſus fecisset, qui solum modo cum libris suis loqui potuisset, quorum Graeca exemplaria libenter versatus est, quippe quibus via ad artem salutarem mirum in modum patiditur, quam prae ceteris excolet.

IOANNEM GOTTLOB IOERDENS pietate, quae fundamentum virtutum omnium est, a teneris, vt aiunt, vnguiculis domi innutritum Parentum sibi in vicem fidsifimorum pari ex sacerdotali in Saxonia finitima genere ortorum. Cum pueritiae ratio addiceret, vt Musarum sedem isti natu maiori circumſpicerent, non diu quaerenda Patri cognomini ex anno praeterito vrbs huius Consuli de rei publicae vera salute, vt par est, vnice sollicito, cum supra triginta annos inclutum Ioerdensianum nomen in hac palaestra ne diem deficeret, quin eius seges surgeret continuo laeta, niteretque inde omnium optime in agro nunc Eusebiae nunc Themidos nunc Hygeae. Voluit autem istuc a. d. VI. Idus Februarias deductum infima eiusdem occupare, cuius ducem olim ageret dignum ex isto: ἀρχη, πρῶτον μὲν ἀρχαιοτάτη. Res bene cessit numquam festinato contra seculi morem, quo anhelant in alia ex aliis transilire subfellia, qui non dum ita firmi, vt iis insideant. Insedit sibi assignata noster semper, vt decet ibi collocatos. Hoc fatiſ testabantur ad quaesita responsio prompta

et commoda, specimina sua sponte prius, quam extorquerentur, exhibita nec multa magistri litura coercenda, documenta subacti iudicii, diligentis optimorum quorumque veteris Latii Graeciaeque scriptorum lectionis atque, quae in multis desideramus, domesticae industriae luculentissima. Quod ex fuga laboris delicatuli et molles detrectant, cum commilitonibus manus immo mentem aliquoties conferuit de exaratis siue ab se siue ab aliis masculis. Talia multa praestitit supra quadriennium, quo magistris superioris auditorii operam dedit perpetuam. Binis annis et tribus mensibus postremis vniuersi coetus dux nullas emittebat e manibus occasiones orationes et carmina haud ingratis Musarum edendi suorum condiscipulorum nomine, quibus tamen tantum abest, vt in dicendo cesserit, vt eos antecelleret. Anno enim MDCCCLVIII. in Martini sollennibus personam *suscepit aduersariorum purioris doctrinae instauratorem ligandi pruritus insimulantium* Latina proorsa, qua et anno post in natali secundae CONIVGIS SERENISSIMAE SERENISSIMI tum PRINCIPIS *commoda ex conubiis promiscuis Domus Augustae BRANDENBURGICAE cum BRVNSVICENSI dedit.* Sed et, quod numquam cogitaram; anno tertio in templo primario memoriam gymnasii ante annos cccv. inaugurati recolebat carmine non inuenusto. Adeo non pigeat sumtuum rarissimi exempli Parentes plus aliis gratos, quod refundat omnis boni fons largissime. Iam volupe est *origines Americanorum* anquirere stilo Teutonico, quo mentem eius capiant alius ignari. Tam solidam viam sibi strauit ad lites aliquando in foro agendas, nisi res aliud suadeat!

CHRISTIANVM THEOPHILVM IOERDENS inter mares Matris Optimae filiae Adami Nicolai Meieri Curiensium sacrorum Praefulis etiam post fata superstitis, quos, dum viueret, Maritus Dulcissimus Christianus Fridericus nobis commendauit, quintum et vltimum, qui ex pridie Idus Apriles anno MDCCCLVI. latus textit patruui antea adpellati, coniunctissime, vt decet coniunctissimorum fratrum liberos, quorum idem velle et idem nolle. Hinc olim secundo loco *retudit illam supra memoratam calumniam in aduersarios vernacula proorsa,*

vt



vt vorsa anno post *nuncupavit vota pro votis secundis* SERENISSIMI *tum patriae* PATRIS. Nec deflexit, vt aiunt, latum vnguem in arena disputatoria aliisque, quibus nostros exercuimus, quin, quod est generosa stirpe profecti, aemularetur, quae in patrueli laudabantur. Qui nunc demum suum fidum Achatem deserat, quin impiger transeat cum eodem ad Iuris Magistros bona indole, industria pertinacissima probisque moribus commendabilis? Hoc pacto resarcietur iactura, quam passus est Patre Experientissimo Curienfium Hippocrate longe Celeberrimo, qui longiore vita dignissimus in curandis aliis a. d. IIII. Idus Ianuarias MDCCCLVII, a suis auulfus subita morte fuit consumtus?

IOANNEM CHRISTIANVM WERNER Ludouicopoli Thuringorum natum vnice Ioanni Christophoro metallorum liquefendorum perito. Fuit illum ex a. d. IIII. Nonas Octobres anni MDCCCLV. gymnasium eiusdemque alumneum. Superiori anno in primam classem translatus *adumbravit seminum FRIDERICI sapientis Saxonum Septemuiri de Martino Lutero* in eius memoriam carmine patrio, cuius venam non plane nullam nactus est, quam iterum bene prodeat grates, quas suo ceterorumque nomine debet et habet amplissimas, Posseccam vicinae Saxoniae ibi munus ludi moderatoris causa obeundi ab illius dominis de gente perantiqua multis nominibus Splendidissima ac numerosissima de Reizenstein, post quam S. R. Examinatoribus fatis fecit, euocatus a. d. VIII. Calendas Maias.



Quam primum hi perorauerint descenderintque de rostris, ex quorum inferioribus vltima verba facere nostris est solenne, adscendam superiora ego excitus, qua par est, pietate in pios FRIDERICI patriae PATRIS, dum viueret, CLEMENTISSIMI Manes. Iam cum ex sententia Taciti iudicio doctissimi cuiusque auctorum grauisfimi feminis lugere honestum est, viris meminisse; meminerimus DIVI PRINCIPIS merita in nos atque Curianum, quod ab DIVO PARENTE vocati, quam diu ISTE huic regioni prudentissime praec-



praefuit, diuino auxilio suffulti reximus. Destinatus est, si Deo
ita visum, dies, qui ante hos duodetriginta annos primus illuce-
scebat, quo SERENISSIMVS PRINCEPS clauum imperii harum
Brandenburgicarum in Franconia terrarum tenebat. Quis igitur
vel occupatissimus se subducat his supremis in BENIGNISSIMAM
nostri TVTELAM officii, quo ardentius pariter pro EIVS SVC-
CESSORIS a Deo prouisi SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI FRIDERICI CHRISTIANI longo faustoque re-
gimine vota nuncupabimus IPSI deuotissimi illos quatuor hac
tenus nostrorum huius nostrae pietatis testes prae ceteris lucu-
lentissimos viatico bonarum admonitionum emancipaturi? Dab.
a, d. XVI. Calendas Iunias, qui erat ante viginti octo annos
D. GEORGII FRIDERICI CAROLI OPTIMI
PRINCIPIS dies huius acui
supremus.



Yb 4473

1078

ULB Halle

3

006 302 904



20







CVRIAM
REGNITIANAM
NON. NVLLO. IVRE
HERMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT. XXIII

VT
PIIS. MANIBVS
SERENISSIMI, QVONDAM. PRINCIPIS, AC. DOMINI
DOMINI

FRIDERICI
PATRIS, PATRIAE, CLEMENTISSIMI
RITE, PARENTET

ET, SIMVL
DEMIGRATIONEM. VII. CIVIVM
EX. ILLVSTRI. CVRIANO
D. XVIII. MAII. A. R. S. CIOCCCLXIII. H. C.

Q. D. B. V
PARTIM, FACTAM. FACIVNDAM, PARTIM
EDICAT

PRAESSENTIBVS. VTRIVS. Q. REI. PVBLICAE. CVRIENSIVM
PROCERIBVS. CIVIBVS
ADPLAVDENDI, CAUSA
QVO. FAS. EST. CVLTV
ISTIVS. RECTOR

PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS
CAESAREAE. FRANCISCAE. LIBERALIVM. ARTIVM. ACADEMIAE. CONSILIAR
FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. SOC. IENENS. LATIN. ET. ALTDORF
TEVTON. SOC. HONORARIVS



CVRIAE. REGNITIANAE
LITERIS. IOANNIS. ANDRAEAE, HETSCHELII
GYMN. TYP